

1282, octubre, 12

Andreu de Mosqueres, de Celrà, ven a Bernat Palet i Guillema, esposos de Juià, una feixa de terra situada a Celrà, indret de Balascud, que es té per la infermeria de Sant Daniel, pel preu de 115 sous.

ASD núm. 258, perg. orig., 160 x 230 mm.

Sit notum omnibus quod ego Andreas de Moscheriis de Celrano, per me et meos presentes atque futuros uendo tibi Bernardo Peleti de Juiano et uxori tue Guilielme et uestris et quibus uolueritis in eternum omnem illam fexiam terre quam habeo in locco qui uocatur Balaschud, in parrochia de Celrano, que fexia terre tenetur per infirmariam monasterii Sancti Danielis; et affronfat ab oriente in uestra fexia terre, a meridie in strata, ab accidente in meo honore, a circio in honore Raimundi de Uiridaria. Predictam fexiam terre cum exitibus, ingressibus, pertinenciis et tenedonibus suis, prout melius <lici potest ad uestrum et uestrorum comodum, uobis et uestris et quibus uolueritis perpetuo uendimus pro .cxv. solidis barchinonensibus de temo quos inde mihi donatis inter precium huius uendicionis et inter tercium quod dominus inde habere debet, a quo domino hoc instrumentum faciam firmari quando uolueritis sine uestra missione, de quibus .cxv. solidis predictis recognosco a uobis esse paccatos, renunciando excepcioni non numerate pecunie; et si dicta uendicio amplius ualet dicto precio uel de cetero ualebit, totum illud amplius uobis et uestris dono donacione facta inter uiuos, renunciantes beneficio illius legis qua deceptis ultra dimiduum iusti precii succurritur; et ideo predictam fexiam et terram de meo et meorum iure et dominio penitus eycio et extraho, ipsam in uestrum et uestrorum ius et dominium ponendo. Et mito uos inde in corporalem et uacuum possessionem ad uestram et uestrorum uoluntatem perpetuo faciendam, saluo iure predictae infirmarie in omnibus, cui dabitur quartum et braciaticum pro agradis, sine alio retentu quem ibi uel inde non facio, omnibus meis et meorum iuribus et racionibus ibi et inde perpetuo extinctis et penes uos et uestros semper existentibus. Et conuenio uobis et uestris predictam fexiam terre semper facere habere et tenere in pace contra cunctam personam; uerum si aliquis ibi aliquid uobis uel uestris tetigerit, forisfecerit aut · emparauerit siue aliquam questionem mouerit contra uos uel uestros, ego ante litis ingressum promito me ponere ante uos et uestros, et recipere super me honus et litem, et totam causam ad effectum ducere a litis principio usque in finem mea propria missione, et seruabo uos et uestros de omnibus indempnes et in euictione et in omni interesse¹ obligo uobis et uestris omnia mea bona mobilia et immobilia presenciam et futura ubique. Et iuro per Deum et eius .nn. Euangelia corporaliter tacta hoc totum bonum habere perpetuo atque firmum et non contrauenire iure aliquo siue causa. Et ego Saurina, uxor dicti Andree lauda et concedo . et firmo uendicionem predictam et eam promito semper bonam habere et tenere et non contrauenire, renuncians iuri ipothecae quod habeo in bonis dicti uiri mei racione sponsalicii uel alio modo.

Actum est hoc .nn. idus octobris anno Christi .MCCLXXX. secundo.

Sig+num Andree de Moscheriis predicti, sig+num Saurine uxoris eius predicte, qui hoc firmamus et laudamus, presentibus Berengario Michaelis de Celrano et Arnaldo de Muro Ueteri, de eodem loco.

Sig(s. man.)num Berengarii Mireti, capellani monasterii Sancti Danielis, in cuius manu ego Cecilia priorissa terrens officium infirmarie Sancti Danielis hoc firmo. Actum est hoc .x. kalendas decembris anno Domini .MCCLXXX. secundo. Testes huius rei sunt Barselonus Iohannes, Sancti Danielis <et> Guilielmus de Castelario, parochie Sancti Martini Ueteris.

Sig(s. man.)num Raimundi de Galidia, qui hoc scripsit mandato Raimundi Guaresches, scriptoris publici uicarie Gerunde pro domino rege, die et anno prefixo. l. interesse, reiterat.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 542-544